



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Approbatio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

OPERIS INSTITVTVM.



Non fuit hoc meum consilium post tot Rhetoricas præceptiones, tot locis, & manibus sparsas, malè recoctam (quod aiunt) *grammen* fastidioso præsertim huius seculi palato obijci e. Quinimò, huius operis institutum est, quicquid in sacra humanaque Eloquentia spectabile, illustri loco ponere, & variorum ingeniorum faulorumque virtutes, in vnum veluti perfectionis corpus includere.

Quod autem attinet ad præcepta, non minutias qualdam puerilis eruditionis sum consecutus, sed g. auiorem eloquentiæ speciem ex præstantissimorum Rhetorum maximè Græcorum, qui modo rariores sunt, iudicijs & sensibus exprimere conatus sum: Deinde apparatusissimam ex Græcis Latinisque fontibus explorum copiam παραμυθίων attuli, & ubi res postulabat nostra interpretatio, notisque illustraui.

Aspersi quoque mediocriter, prout argumentorum conditio ferebat, veterum eruditionem, & rationem eam dicendi tenui, quæ neque nimis spissa esset, aut producta: neque tenuis & inornata, vt interdum præceptorum austeritas eloquentiæ veluti sueo perfusa mitesceret.

Præterea pigmenta quædam eloquentiæ, qualia sunt Hieroglyphica, symbola, parabola historica, emblemata, separato libro Medici, qui iam felici alite prodiiit in lucem.

Hæc ego, Deo auspice, iuuentutis studijs consulens, ne στυβόλῃ ex hac literaria prouincia, quam iam per multos annos obtineo discederem, quæ tu, Lector, pro tuo candore, beneuolo animo accipies: si qui autem fuerint (quod non est desperandum) liuidorum oculi, meminerint, πόνον δ' ἐμμείδου tum, pueriliter infelicitis, & malè feriat ingenij esse famam alienam cum obcuritare honestè non possit, per inuidiam allatrare.

APPROBATIO.

STEPHANVS CHARLETVS Prouincialis Societatis IESV in Prouincia Franciæ, potestate ad id mihi facta ab admodum R. P. N. Pæposito Generali MVTIO VITELLESO, Facultatem concedo vt F. NICOLAI CAUSSINI è Societate IESV Sacerdotis, de Sacra & humanæ Eloquentiæ Parrallelis libri, eruditorum ex eadem Societate nostra virorum iudicio approbati, typis excudantur.

STEPHANVS CHARLETVS.

Datum Flexia 19. Nouembris 1617.